



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CHARLES IX RE DI FRANCIA, *Litterae Caroli christianissimi regis exhibitae ab illustrissimo domino Carolo cardinale de Lothoringia in generali congregatione die XXIII. novembris. MDLXII. Oratio domini cardinalis Lothoringia responsum sanctæ Synodi ad orationem cardinalis oratio habita a mag. d. Raynaldo Ferrerio oratori regis Francorum*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 16

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/33>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. C. 2. 30

C MISC 30

1597
BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2-op
f
22

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2401585

D 2401503

5tc1

T 0-op f 16

359 *Museo I.C. c. 30*

7

300

L I T E R A E

CAROLI CHRISTIANISSIMI

REGIS EXHIBITAE AB ILLUSTRISSI-

MO DOMINO CAROLO

Cardinale de Lothoringia in generali

congregatione Die xxiii. no-

uembris. MDLXII.

ORATIO DOMINI CARDINALIS

LOTHORINGIA RESPONSVM

sanctae Synodi ad orationem Cardinalis

Oratio habita a Mag. D. Raynaldo

Ferrerio Oratori Regis

Francorum.



R I P A E:
M D L X I I.

L I T T E R A E

CAROLI CHRISTIANISSIMI

REGIS BRITANNIAE AC HOLLANDIAE

NO. 10000. 1688.

Commissarius

Magister D. J. J.

anno. MDCXIII.

ORATIO DOMINI CARDINALIS

LEONORINII BELTIVANI

in diebus

quibus

in

anno



M. D. C. X. I. I. I.

LITERÆ CAROLI CHRISTIANISSIMÆ

REGIS, EXHIBITÆ AB ILLUSTRIS-

ſmo Domino Carolo Cardinale de Lotho-

ringia in generali Congregatione

die: xxiii. Nouembre.

M D L X II.



AROLVS Dei gratia Fran-
corum Rex, Sanctissimis, & Re-
uerendissimis Patribus in sacrosan-
cto Tridentino Concilio congre-
gatis, salutem. Et si ea fuit Dei
optimi maximi uoluntas, ut iam
inde ab ineunte ætate, Nos ad tan-
ti huius Regni Imperium uocarit,
eiusq; altæ, & infinitæ Iudiciorum
providentiæ placuit, nobis com-
mittere huius Principatus initia,

adeo tumultuum, & Ciuiliū bellorum plena, ut nulla illius, uel
minima Prouincia ſueniri poſſit, quæ hiſce calamitatibus careat:
Oculos tamen pueritiæ noſtræ, hæc ipſa diuina bonitas ita aper-
uit, ut tantorum malorum cauſam facile iudicauerimus non aliud
de, quam ex uaria, & multiplici de religione opinione, qua Po-
pulus noſter, imbutus eſt, proceſſiſſe: cognoſcamus etiam hu-
ius grauiſſimi morbi remedium non ab hominum prædientia eſſe
petendum, ſed a Deo uiuo, & inexhauſto miſericordiarum fon-
te, qui requirentibus cum ex animo, ſuiq; nominis gloriam tan-
tum, & honorem ſpectantibus, nunquam deſatigatur beneficia,
& gratias conferre. Itaque eodem ſancto ſpiritu ducti, cum
primum Regia Corona ſumus inſigniti, nihil nobis magis fuit in
uotis, quam cum maiorum noſtrorum exemplo ad ſacros con-
uentus, uelut ad eius ægritudinis unicum, & præſens medica-

A ii mentum,

mentum) confugere; tum in bonæ memoriæ Francisci Regis,
Domini, & fratris nostri amantissimi, uestigiis permanere, &
quanto potuimus studio, & diligentia, hanc ipsam, in quam
nunc ex uariis orbis Terrarum partibus conuenistis, celeberrimam
Synodum expetere. Ac illud quidem grauisime tulimus,
Nos, qui huius instituti a deo pii & optati auctores fuimus,
non tamen efficere potuisse, ut prælati nostri in hoc generale
Concilium primi conuenirent. Sed huiusmodi dilationis causam,
& alii omnes, & uos ipsi necessariam esse iudicastis: Cumque
amantissimum, & dilectissimum Consobrimum nostrum Cardinalem
lotharingum, Archiepiscopum, Ducem Remen. Primum Franciæ
Parem, inque illius Comitatu aliquot, Regni nostri episcopos,
& Abbates aduentare uideatis, nihil quidem a Nobis cum
simulatione, aut exquisitis diffugiis, sed omnia serio, piisque,
& sancta uoluntate gesta esse facile existimabitis, Causa
autem, sanctissimi Patres, propter quam Consobrimum nostrum
ad uos misimus, duplex est. Altera, quod ille muneris sui non
oblitus, quique optime nouit, quid ecclesiastica professio, horumque
temporum calamitas ab eo, suisque ordinis hominibus requirat,
sæpius & uehementer istuc eundem facultatem a nobis petit, &
optauit. Altera, quod ille a teneris annis ad secretiora nostra
consilia euocatus, & in Regni nostri grauisimorum negociorum
administratione educatus, optime nouit fontes, & Origines
tumultuum nostrorum, & quibus rebus egeamus, ut illi sedari
possint. Fiquè in mandatis dedimus, ea apud uos exponere, &
quæ a prudentia uestra, & amore paterno remedia iure expectari
possunt, non solum propter Regni nostri tranquillitatem,
sed etiam totius Reipublicæ Christianæ salutem, a uobis impetrare.
Cum enim præ oculis, quod est ueri, & puri Dei cultus,
semel habuerimus, poterimus tandem ad laudatam illam, &
a deo expetitam rerum emendationem, quæ temporum inuaria,
& hominum malitia funditus perierat peruenire: Ac in honorem,
& exaltationem Dei nominis, unitatemque Ecclesiæ, antiqua illa
Catholicæ Ecclesiæ Maiestas, & integritas splendet. Quam rem,
uelut munere uestro dignam, uniuersus Orbis hæc suo a uobis
requirit: eamque si feceritis, accedet uobis incredibilia

Abbas remuneratio a manu illius liberali, qui se harum rerum liberalissimum remuneratorem profiteretur. Reges item, & Republicæ, Principesq; omnes uobis se merito deinceps existimabunt: uestramq; pietatem magna cum uestra laude posteritati commendabunt. Et quoniam eo est ingenio Consobrinus noster, ut ea plane nouerit, quæ uos speciatim scire cupimus, obsecramus uos, sanctissimi Patres, illum ut æquo & libenti animo audiatis, eamq; illi fidem, quam nobis, si istic essemus, adhibeatis. Petentes interea a Deo optimo Maximo, ut Vos suo praesidio nobis, totiq; Orbi Christiano diutius conseruare dignetur. Datum Rouille die. vii. Octob. M D L Xii.



ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS ET
DOMINI D. CAROLI CARDINALIS A
LOTHARINGIA ORATIO,

habita in sacro & Oecumenico Concilio
Tridentino Die . xxiii. Mensis
Nouembris :

M D L XII.



ILLVSTRISSIMI D. D. Reuerendissimi
Episcopi, Christianissimus Rex Carolus, Reginae
Matris Christianissimae autoritate, ac praecipue
Regis Navarrae assensu, Procerumque omnium con-
scriptorum consilio, has literas, quae modo perle-
ctae sunt, decreuit, mihique ad uos perferendas dedit. Quarum
praecipua ea capita, quae maiorem ex me explicationem desu-
derant, pro ea, quae mihi credita est, fide, explicabo, quam bre-
uissime potero. Haec, ut meministis, statem in initio rerum Re-
gni illius nobiliss. ampliss. ac florentiss. quondam, summisque ere-
ga Regem fidei, & obseruantiae, statum & conditionem testan-
tur. Dicam uno uerbo non sine incredibili animi dolore, fui-
mus Galli, fuit ingens gloria Francorum. Haec rerum omnium,
clarissimis; Oratores, sunt uicissitudines, manus Domini tetigit
nos uiri Patres, & fratres: hoc nobis iustum in ira sua iudicium,
prouocauerunt corrupti omnium ordinum mores, ac Ecclesiasti-
ca omnes collapsa disciplina: Has turbas excitarunt hereses
non suppressae, & a Domino Deo nostro instituta remedia tan-
diu neglecta, hinc illae lachrimae, ac per totum Regnum dissi-
dia, odia, rapinae, bella intestina, & plusquam ciuilia: luctus ubique,
ubique dolor, & plurima mortis imago: Nec sacrosanctis Dei te-
m-
plis partitur, praebiteri & religiosi uiri ad aras usque, quas ample-
xantur morientes, trucidantur, uisibilia sacramentorum signa
pedibus

pedibus concalcantur, comburuntur: Pasfim erecti apparent
rogi ex omni genere Ecclesiasticorum ornamentorum, accensa
ex imaginibus deiectis pyra: additis omnium non solum Eccle-
siarum, sed antiquissimarum bibliothecarum libris: nec quic-
quam ex chartis publicis & instrumentis, quæ ad dotationem
pertinent, reseruatur: sanctorum reliquæ, ruptis altaribus, in
cineres rediguntur, qui sunt in profluentem post hæc proiecti.
Horresco referens, nec a summorum Pontificum, Imperato-
rum, Regum, Principum, Episcoporum, & sine discrimine pas-
sim aliorum omnium sepulchris abstinetur, eorum maxime, qui
de Ecclesia Dei benemeriti per monumenta reperiuntur. No-
men Domini ubiq; blasphematur spiritus mendacii in ore om-
nium est, qui falso uerbi Dei ministerium usurparunt, Atq; ita ex
pulsis pastoribus, alieni ouis custos fur, & latro in ouile ascendit;
postremo (quod longe omnium est grauissimum) iuge & sa-
cro sanctum sacrificium apud eos ubiq; cessat, Quod intermis-
sum quantam ruinam secum adferat, ac quantam Regibus ia-
cturam, & meministis, Viri doctiss, ex prophetarum oraculis
& experientia iam in magnis imperiis, Florentiss. regnis, am-
pliss. prouinciis didicistis, atq; in Gallia nunc aspicientes: Regis
enim maiestas minuitur, Imperia detractantur, non modo ue-
stigalia, sed prouentus etiam negantur, iura omnia, & leges si-
lent, quilibet uindictam, quam exercet, ex priuato odio metit-
tur, ad defectionem populus excitatur, & excusso monarchiæ
quod aiunt, iugo, anarchia in Concionibus publice proponitur.
Hæc omnia apud uos cogitate, clariss. Oratores, & quod in
Gallia uobis nunc uidere otiosis licet, sera nimis pœnitentia ex-
periemini, si mode sua Gallia ex uicinia uos in ruinam trahat.
Sed quid uos sanctiss. Episcopi, detineo, aut diutius astringo
superfluat tanto huic nostro malo opportuna remedia, habemus
enim magnæ spei pupillum Regem, non tam Regni ex legiti-
ma successione monarcham. quam religionis, & uirtutum om-
nium uitarum hæredem. Quem Pater Henricus; & auus
Franciscus excitat, & in quo iam Francisci Fratres demortui
omnium generis uirtutum igniculi relucet. Nec desunt ca-
therinæ Reginæ uiduæ, & Nauarræ Regi optima consilia, &
iusticiæ

infra cetera Procerum vires : nullis opibus parcitur , undiq; auxi-
liares copiae comparantur , sitq; uia ui, sed in nostra uiscera quan-
tuncunq; uictris dextra sit, ferrum conuertitur : Eruntur opes,
& fit lamentabile Regnum . Iamque nulla ad, sed dandos tantos
tumultus aptior uia, nullum presertim est remedium, quam quod
ab hac sacrosancta uniuersales Ecclesiae legitime in spiritu san-
cto congregata synodo expetitur . Huc nos maiorum exem-
pla trahunt, hoc Dei uerbum docet : ac ut speremus ex promissis
suis , quae nunquam fecit irrita, imperat : atq; ita demum ex
hoc loco pax Dei, quae exuperat omnem sensum , expectatur ,
templum enim Dei sanctum est, quod sumus nos Viri, Fratres, et
tamen si diuisiones gratiarum sint , omnes tamen nos in uno spiri-
ritu, qui in nomine Domini nostri Iesu Christi congregati sumus,
quod & dicere necesse est, prout spiritus Sanctus dabit eloqui,
Quae omnia, ut magis scire potestes, ad bene beateq; decernendum
ex diuino praescripto sunt omnino necessaria : Haec omnia
Christianissimus Rex eum sibi satis persuadet nec quicquam alie-
num ab his a nobis expectet . Duo tamen precipua sunt ea de
quibus uos admonet pro sua in hanc synodum obseruantia, & pro
ea quam sentit ex his in religione dissidiis : summa molestia .
Primum itaq; a uobis postulat, ut quantum fieri poterit, noua dis-
sidia uitemus, nouas, inquam, & infructuosas quaestiones relin-
quamus , ac demum quantum nobis licebit, euitamur, ut princi-
pes ac prouinciae omnes ab armis religionis ergo abstineant .
Ab hoc desiderio excitandorum bellorum profus nos alienos
oportet : ne qui ex nobis discesserunt, & se ab Ecclesia Dei praeciderunt,
existiment magis hoc conuentu principes, ad arma prouocari,
& societates ac federa iniri ad bellum quantumcunque
sacrum, quam de uniuersali omnium animorum in unam fide
dem reconciliatione, decerni, soliti ante omnia seruare unitatem
pacis . si quid in ea sententia per Regem peccatum est, par-
cite queso Patres amplius, Henricus pater auctor fuit pacis, quae
in Christiano Orbe tam feliciter haecenus seruatur . Eam quasi
testamento paulo post, moriens filio Francisco Regi commenda-
uit . Hanc Franciscus Fratres, si nobis tam cito ereptus non
fuisset, magna prudentia retinere conabatur . Pupillo & uiduae
B i iniquissimas

iniquissim^{is} semper turbas & bella intestina Rex & Regina ma-
ter ualde pertimuerunt, & pacatos subditorum omnium ani-
mos, ne quies publica inter turbaretur, summa prudentia, ac, ut
etatem & sexum de cetero, perpetuo exoptarunt. Quod etiam se-
ut negari non potest, infeliciter successit, infeliciores belli euen-
tus sunt pertimescendi: ne si omnes in eodem periculo uersen-
tur, eadem & tempestate acti, nemo periclitantes adiuuet: ac
sic unum idemq; naufragium faciamus. Summam propterea ra-
tionem haberi desiderat eorum, qui lapsi sunt. Vt & illis quan-
tum ex Deo poterimus, condonemus. Quibus & nos amicos ef-
feliceat, sed usq; ad aras. Alterum legationis meae caput est,
quod iam a principio Regi meo Christianissimo cum sereniss.
Imperatore & reliquis Regibus & Principibus Vires, quorum
hic Oratores Viros clariss. habetis, fuit commune, Nempe ut
de reformatione, & morum, & Ecclesiasticae disciplinae omnino
decernatur. De hac iterum, iterumq; Vos admonet ad eam se-
rio amplectendam, qua potest obseruantia, hortatur, & per D.
Nostrum Iesum Christum, qui iudicaturus est uiuos & mortuos,
obtestatur, si ecclesiae auctoritatem integram esse uultes, si eius
dignitatem conseruare. si iam inclinatum nobiliss. Galliae Re-
gnum retineri posse iudicatis: nec uero ex uestris commodis
nostra incommoda metiri aequum est, si enim uniuersa haec Italia,
si Hispania omnes sedem adhuc & clauum tenet, gratulamur uo-
bis felicissime Patres: nos pupi excidimus, & uix supremo digi-
to gubernacula retinemus. Hic uobis liceat iure uestro causas
a nobis tantae tempestatis exquirere. Quem accusabimus Coe-
piscopi fratres? quem tanti mali authorem constituemus? Me-
mini quid uelitis, nec memoria excidit uestram de ea re com-
mune omnium iudicium. Hoc non sine innato pudore, & ma-
gna ante actae uitae penitentia dicere me oportet. Propter nos
tempestas haec orta est, Viri Patres: propterea mittite nos in
mare. Quid addam amplius? habetis confrentes reos, in eos
(ut libet) animaduertite; Nunc iudicium incipiat a domo Dei,
& mundentur, qui ferunt uasa Domini: Attendamus nobis, &
uniuerso gregi: Quiescamus peruersae agere, & discamus bene
agere. Imo potius tu misericors & bone Deus per uiscera mi-
sericordiae

fericordix tuæ, attende, placare, & fac, adauge nobis fidem. **Vt**
sine timore de manu inimicorum liberati, seruiamus tibi. Nunc
uiribus opus est, Patres, nunc pectore firmo. Sed ueeor Illust.
Domini & Reuer. Episcopi, ne nimis importune agam, non est
enim sponte currentibus addendum calcar. finem igitur faciam,
est enim mea hæc expedita a Rege legatio. Sed quod scire
uos amplius oportebit, hæc omnia clariss. Regii Oratores cu-
rabunt. Ego uero & mecum una, qui ex Gallis aduenerunt
Reuer. Coepiscopi in hac Vniuersalis Ecclesiæ Sacrosæ Syno-
do testamur, Beatissimo PP. Domino PIO Pontifici
Maximo post Deum, in perpetuum subditos esse uelle. Eius
enim nos in terris primatum super omnes Ecclesias agnoscimus.
Cuius nunquam imperia detractabimus. Ecclesiæ autem ca-
tholice, ac sacre generalis Synodi Decreta ueneramur. Vobis
Illustrissimi, & Reuerendissimi Legati, Fasces submitti-
mus, Sanctiss. Coepiscopis dextras societates offerimus, & cla-
rissimos Oratores testes sententiarum nostrarum hic adesse ue-
hementer gratulamur, ut spiritu Sancto Duce in omnibus, per
omnia, & semper honorificetur Deus & Pater Domini Nostri
Iesu Christi.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, but the characters are too light and blurry to transcribe accurately.



tu
lig
co
C
bi
fo
ne
ni
b
b
th
co
n
n
q
c
to
P
u
P

RESPONSVM SANCTAE

SYNODI AD ORATIONEM

ILLVSTRISSIMI DOMINI

Caroli Cardinalis de Lortho

ringia in generali Con-

gregatione Die

xxiii. Nouembris.

M D L X II.



ILLVSTRIS-SIME hac Reuere. D. Inter
cæteras Christianæ Reipub. miserias, & calamita-
tes, quarum memoriam sacrosancta Synodus, neq;
deponere, neq; sine lachrimis repetere unquam po-
test, nulla eius animum cura magis anxium, ac sollici-
tum semper, habuit, quam seditiones, & bellici tumultus, qui Re-
ligionis causa in florentissimo Galliarum Regno commoti, ac
concitati dicerentur. Nam cum omni tēpore Regnū illud firmis.
Catholicæ ueritatis præsidium, & columen iure optimo ha-
bitum fuerit, cogebatur sancta Synodus incredibili dolore af-
fici, cum intelligeret eiusmodi factam esse rerum commutatio-
nem, ut non in una, aut altera, sed in pluribus eius Prouinciis om-
nia fere impietas, cædes, uastitas occupasse uideretur: Accede-
bat præterea ad augendam doloris acerbiter, quod nuncia-
batur nobilissimos gentis uestræ proceres, quod scilicet alii Or-
thodoxam fidem labefactatam, & euersam, alii defensam, &
conseruatam maxime cuperent, tanto animorum ardore ad ar-
ma concurrisse, quanto olim Christ. Reges uestri totius Gallici
nominis consensu pro Christiana Religione propaganda, eius-
que dignitate recuperanda difficillima sæpe bella suscepissent, ac
confecissent. Verum antea, cum hæc mala sancta Synodus mul-
torum fama, & auditione accepisset. grauius sane dolebat, &
præsentem incliti Regni statum maxime deplorabat, ita tamen,
ut facile crederet, multo sibi miserabiliorum eius fortunâ uideri
posse, si quæ aurium sensu perceperat, cerneat etiam oculis, &
propria

proprius omnia eius uulnera intueri, ac penitus pernoscere licuit
set. Quod quidem illi nunc insperato quodammodo contigit.
Etenim illustrissima, & Reuer. Amplitudo uestra Christianis-
simi Regis literas, quæ nuper recitatae sunt, oratione sua subsecu-
ta, ea uerborum copia, grauitate, prudentia Gallicarum rerum
statum, & conditionem exposuit, ut eas non commemorasse,
sed earum ueluti expressam imaginem omnium oculis subiecisse
uideatur. Quare constanter sancta synodus affirmat, se nul-
las ei proprias, ac præcipuas doloris partes concedere; Verum
eo acerbius hanc calamitatem ferre, quod Amplitudo uestra
Matris sancta synodus charissime ac dulcissimæ filia erumnas,
& incommoda defleat, ac conqueratur, sed tamen in tantis ma-
lis animum erigit, & confirmat, si quidem breui futurum confidit,
ut Deus reddat puero Regi pristinam maiorum suorum, & præ-
fertim Aui, Parentis, ac Fratris clarissimorum Regum, uirtutem,
& fortitudinem, qua non solum nefarios hostium conatus repri-
mere, & audaciam ulcisci queat, sed in tenera etiam ætate singu-
lare aliquod pietatis exemplum ad pulcherrimi facti imitatio-
nem posteritati proderet. Deinde uero cum diuina clementia,
atque misericordia, & S. D. N. Pii Pontificis Max. opera, &
auctoritate hoc sanctum generale Concilium coactum sit, si un-
quam antea, nunc certe maxime sperandum est fore, ut uetus
Dei cultus, discussa errorum caligine, ab omnibus agnoscat,
mores emendentur, pax, & tranquillitas ecclesie restituatur.
Qua in re quemadmodum adhuc sancta synodus omnem dili-
gentiam adhibuit, ut quæ sui muneris, & officii esse intelligen-
bat, adiuuante Domino perficeret, ita in posterum nihil se de ea
cura remissuram: Verum si fieri possit, aliquid potius ad eam stu-
dii, & industriæ addituram esse pollicetur, ac spondet. Neque
uero Illust. Domine, te impulsore, solum, atque hortatore, sed
multo magis quod summæ felicitatis loco habendum existi-
mat) adiutore, & consiliario id faciet. Nouit, n. quanta tua sit
optimarum artium, & præcipuæ sacrarum literarum scientia,
maximarum rerum usus, atque tractatio apud Regem potentis-
simum, summosq; Princ. existit) & auctoritas, & quod caput est
pietas in Deum, uitæ integritas, & innocentia, ac ueræ, & catho-
licæ

licæ Religionis sincerum studium, Quæ quidem tot, & tanta
sunt, ut quid potissimum in te homines laudare debeant, maxi-
marum ne uirtutum cumulum, an in quoque genere absolutam
ac perfectam earum formam merito dubitari possit. Illud au-
tem exploratissimum sancta synodus habet, tam multa ab Illu-
Amplitudine uestra, ad communis causæ utilitatem adiumenta
allatum iri, ut sibi nunquam minus iucundam eius aduentus me-
moriæ futuram confidit, quam ille ipse dies, quo uenientem ex-
cepit lætissimus, ac iucundissimus omnibus illuxisse uisus est.
Itaque Illustrissimæ Dominæ, omnes hi sancti Patres, quod tam
longo, difficili, ac periculoso itinere suscepto, ad tuendam san-
ctæ Matris ecclesiæ dignitatem tanta animi alacritate acurre-
ris, quod saluus, & in columis cum tot grauissimorum Patrum co-
mitatu adueneris, quod tua præsentia, auctoritate, splendore frui
liceat, primum Deo Immortali maximas gratias agunt, deinde
tibi ex animo gratulantur, faustaq; omnia, ac felicia a Domino
præcantur. Cæterum, quæ uel de communibus Catholicæ eccle-
siæ rebus, uel de priuatis Gallicarum ecclesiarum commodis
proponenda erunt, ea sancta synodus quotiescunque Regiis ora-
toribus uiris præstantissimis, uel Illustrissimæ Amplitudini ue-
stræ de his dicendi locus, & potestas dabitur, libentissime au-
diet. Neque, n. dubitat, quin eius Regis nomine, qui pietatis
commendationem a pietatis acerrima defensione duxerit, cu-
luscunque in omni uita præcipuum ornandæ, atque amplifican-
dæ Religionis studium esse debeat, illa proponantur, quæ in pi-
mis cum uera Dei gloria, perpetuaq; sanctæ eius ecclesiæ utilita-
te, & summa Apostolicæ sedis dignitate, & Amplitudine con-
iuncta esse uideantur.

ORATIO HABITA A M. D. RAINALDO FERRERIO ORATORE CAROLICHRISTIANISSIMI REGIS AD PATRES

Concilio Tridentini die xxiii. Nouembriæ

M D L X II:

Rationibus, quas nunc audistis, Illustrissimi, D. D. Sanctissimi Patres, nihil est quod a nobis quicquam addi, aut detrahi debeat: tantum unum dicemus, bona uenia Paternitatum uestrarum, pro muneris nostri ratione Christianissimi Regis pius Religiosus, & in Catholicam Ecclesiam propensissimus animus, antea quidem omnibus satis perspectus, & cognitus: Nunc autem aduentu, & oratione Illustrissimis Principis, & Reuerentissimi Cardinalis a deo est illustratus, ut ne ullius quidem dubitationi locum relinquat. Nam quo minus antea tanti uiri aduentus ab hominibus prudentibus, peritis rerum humanarum sperabatur, eo magis cum uenerit, nemo est uel mediocri ingenio præditus, qui non plane uideat, quanti Nos Galli Ecclesiæ Catholicæ consultum uelimus: Quiq; non intelligat, pluresq; easq; grauissimas esse causas, quibus adductus Rex Christ. illum ad uos miserit, cuius singulari consilio in rebus magnis agendis, cum antea semper usus est, tum maxime his miseris, & calamitosiss. temporibus. Qui autem existimant priuato magis commodo, quam Reipublicæ Christianæ causa hæc a nobis fieri, uehementer falluntur, potest, si modo uelit, Rex Christianis. uel triduo seditiones omnes, ac motus suorum componere, in quâ officio, & obsequio Gallis innato, subditorum omnium animos retinere: Sed non tam quæ sua sunt quarit, quamque Catholicæ Ecclesiæ, & Pont. Max. cuius dignitatem, & auctoritatem, ut factam re-

C etiam

Am in Gallia retineat, non dubitat tanti Regni Imperium uis-
tam, & fortunas magnorum principum, Procerum, & Nobilio-
rum in periculum adducere. Hic est Galliae nostrae status, hae
fundi nostri Calamitas. Quod si quis nos roget, quid tandem il-
lud est, quod uos, ecclesiamque uestra Gallicana tantopere a Con-
cilii Tridentini Patribus expetit? Non sumus, Patres sapientis,
in petitionibus nostris admodum morosi, & difficiles, nihil aliud
petimus, quam quod totus orbis Christianus efflagitat. Quod
a Concilio Niceni Patribus petit Magni ille Constantinus, hoc
ipsum a uobis requirit Rex Christianis. omnia illius postulata
continentur, aut sacris bibliorum libris, aut uetustis ecclesiae Ca-
tholicae conciliis, aut antiquis Pontificum, & Patrum const. Dec-
retis, & Canonibus. Haec sunt haec inquam, sunt, quorum nomi-
ne Rex Christianis. ecclesiae Catholicae primogenitus filius,
Ecclesiae inquam, Catholicae petit restitutionem in integrum
apud uos, quos D. N. Iesus Christus Praetores Legitimos crea-
uit. Neque hoc ipsum petitur ex clausula, ut dicitur, generali,
sed ex uerbis expressis edicti illius diuini, & perpetui, aduersus
quod nunquam fuit, neque erit usucapioni, aut praescriptioni locus.
Redeant saltem quasi post liminio in sanctam Dei ciuitatem, &
in lucem hominum tandem prodeant, quae antiquis hostis Sa-
than ui eripuit, & longo tempore suppressit. Sic Darius persarum
Rex motus in Iudaea propter Religionem excitatus seda-
uit: Non enim ad arma continuo, uerum ut maiorum suorum leges,
& antiqua aedicta inquirerentur, iussit. Cumque inuentum esset
Regis Cyri aedictum de reditu Iudeorum in Iudeam, & templi
instauratione a maioribus suis neglectum, mandauit exequutio-
ni; & ita pacati sunt tumultus. Iosias Rex laudatissimus, & sus-
cerissimus ecclesiasticae disciplinae exactor, & reformator, li-
brum legis ab Abia magno sacerdote inuentum, postquam ho-
minum malitia longo tempore suppressus fuerat, Primum legit
diligentissime, deinde lectum recitauit Populo, tum ex illius
praescripto ritus, & praecipua diuina Iudeis restituit. si renui illi
Nehemiae milites, quos tantopere commendat Chrysostomus,
Altera quidem manu telum tenebant, Altera muros Hierusalem
aedificabant, hoc est ecclesiam ex antiquis Patrum legibus resti-
tuebant.

tuebāt. Nisi hæc fiant, Patres San. frustra a uobis rogabimur, num
etiam pacata est Gallia? Nos. n. uobis respondebimus, quod lea-
hu, Regi Ioram, roganti, num pax? num pax? & quomodo,
inquit ille, Pax, cum adhuc supersunt, & uigeant in uobis cætera:
Nisi his rebus diligens detur opera, nos frustra confugiemus
ad Potentias illius, & maximi Regis catholici affinitatem singu-
larem amicitiam, incredibilem liberalitatem, frustra implorabi-
mus fidem, & auxilium Pont. Maximi sereniss. Venetorum Do-
mini Lothoringiæ, Allobrogum, & Hetrurici Principum auxi-
liares copias, frustra. n. mihi credite, erit æquus ad salutem, nisi
hæc a uobis fiant, Patres Sanctiss. Turbabitur breui nimia quo-
rumdam securitas, & caput est, qui interea peribunt, tam & si id
illis sua propria iniquitate, & peccato eueniet, uobis tamen pe-
ribunt, Hoc est, sanguis illorum de manu uestra requiritur; Sed
priusquam nos ad ea ueniamus, quæ suo loco, & tempore sumus
dicturi, secundumque mandatorum nostrorum formulam age-
mus, Petimus a uobis sapientiss. Patres, a uobis, inquam, quos sci-
mus uestra sponte satis incitatos, quorumq; pietatis, Religionis,
& in omnes homines charitatis sumus non solum Auriti, sed
etiam oculati testes, ut ea, de quibus iam diu cæpistis deliberare,
quam breuissime fieri poterit absoluat. quo citius possitis de
multo grauioribus, & magis hoc tempore necessariis senten-
tiam uestram dicere, & his conuentibus Ecclesiasticis finem im-
ponere. Ad laudem, gloriam, & honorem Dei Patris omnipo-
tentis, eiusq; filii D. N. Iesu Christi.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

7

0

op. f

16

354 Misc. I.C. c. 30

7

300

L I T E R A E

CAROLI CHRISTIANISSIMI

REGIS EXHIBITAE AB ILLUSTRISSI-

LIS



M D L X I I .

MSCCPCC0613